Zu den

öffentlichen Prüfungen

der

Meldorfer Gelehrtenschule,

welche

vom 4ten bis 7ten April stattfinden werden,

so wie zur

Entlassung der Abiturienten,

am 8ten April,

ladet ergebenst ein

W. H. Kolster,
Director.

De Medeae versibus sedecim primis,
Schulnachrichten, beides vom Director.

Meldorf.
Gedruckt in der Buchdruckerei von P. Bundies.
1870.

De Medeae versibus sedecim primis.

Esse in iis tragicorum locis, qui majore difficultate laborent, etiam primos sedecim versus Medeae, omnibus harum literarum peritis in comperto est: si quis ignoret, satis sit magnum conjecturarum numerum commemorasse, quibus viri docti eos emendare conati sunt. In his autem versibus explicandis ipse mihi videor mirifice esse comparatus; nescio enim, quo pacto fiat, ut de quibus rebus alii quam maxime dubitaverint, eae mihi videantur planissimae; quae ne verbo quidem tacta sint, in iis haeream; quid quod si qua est de iis sententia proposita interpretandis, in alia omnia abeam. Hoccine dicam illorum virorum doctissimorum nescio quo errore accidisse, an mea quadam culpa et inscitia? Vereor equidem, ne in me sit culpa; sed quum sibi quisque placeat, ratione mea mihi tueri videar, teneo: si tamen in iis error lateat, facillime his meis rationibus propositis deprehendetur.

Jam vero haec sunt poetae verba:

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας,
μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος
Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μηδεία πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος,
οὐδ' ἂν κτανεῖν πείσασα Πελίαδας κόρας
πατέρα κατῴκει τήνδε γῆν Κορινθίαν
ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, ἁνδάνουσα μὲν
φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα,
αὐτήτε πάντα συμφέρουσ' Ἰάσονι,
ἥπερ μεγίστη γίνεται σωτηρία,
ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.
νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα καὶ νοσεῖ τὰ φίλτατα.

Ad vota primum nutrix Medeae os solvit, ne Argo navis in sinum penetrasset Colchicum, quid quod, ne ligna essent unquam caesa neque ad navem exstruendam neque ad armandas remigum manus; ita enim non fuisse futurum, neque ut insano Medea Iasonis amore incenderetur, neque ut ei esset cum conjuge et liberis in Corinthiorum terram fugiendum. Ad hunc terminum omnia plana et luculenta, in iis, quae ultima adjunxit, haeremus. Placuisse enim illis factis dicitur Medea. Cui placuerit, latet. Addidit deinde ad illud ἁνδάνουσα Euripides μὲν particulam, opposuit igitur ei aliud aliquid; quid opposuerit, obscurum. Tum multi statuerunt editores potuisse ὧν etiam post πολιτῶν poni, quamvis πολιτῶν, attractione aliqua quam dicunt ab hoc vocabulo arcessitum ex dativo in eum, quem habemus, casum cedere coactum sit; sed de altero illo, num possint voces φυγῇ πολιτῶν, sic positae, ullo modo a semet invicem disjungi et secerni, nemo laboravit. Πολίτας omnes inde a scholiastae temporibus Corinthios esse dicunt; quid si ego Iolcenses esse affirmem? num quid obstabit? Salutem ea re aut parari aut paratam esse tradit poeta; cui paretur, utrum Iasoni soli, an hominibus omnibus, non video, qui quaerat. Postremo nutrix quidem clamat nunc quam maxime (νῦν) mutata esse omnia, laborare ipsum amorem; quae autem prius fuerit rerum conditio, in cujus vicem haec successerit, non video quo verbo poeta significaverit. Neque tamen mihi videntur eae res tam facile perspici, ut verbo eas attigisse superfluum sit: secus judicarunt editores, tacent. Quare id agam, ut quae neglecta videantur reparem, interpretis vices strenue geram.

Placuisse dicitur Medea: cui placuerit, circumspiciendum videtur; editoribus contra non dubium est visum, qui praeeunte scholiasta civibus eam placuisse affirmant. Non assentior: quibus enim illa civibus placeret? Num forte Pelia trucidato et filiabus ejus fraude ad parricidium deductis Iolcensium sibi conciliavit animos? an Corinthios ita cepit, ut precibus aut seditione facta viderentur mulierem a regis sui injuria esse vindicaturi? ut aegerrime ferrent? Longe abest a fabula omnis ejusmodi significatio, nihil tale praeferunt civium Corinthiorum sermones versibus 66—72. commemorati, inter ludum et aleam de Medeae calamitate et praesente et instante confabulantium. Quae ipsa ostendunt, quam sint inania illa, quae Scholiastes commentus est de Corinthiis per Medeae incantationes annona sublevatis, aut nescio qua morum similitudine delenitis, quippe qui et ipsi veneficii fuerint peritissimi. Τὸ δὲ ἁνδάνουσα ὀρθὴ ἀντὶ δοτικῆς, ἀντὶ τοῦ ἁνδανούσῃ. ἤρεσκε δὲ τοῖς Κορινθίοις, ἐπειδὴ λιμώττοντας αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τισι ἰάσατο, καὶ αὐτὴ δὲ ἠρέσκετο τῇ Κορίνθῳ, ἐπεὶ λέγονται καὶ οἱ Κορίνθιοι φαρμακοὶ εἶναι. τὰ δὲ ὅμοια φίλα εἶναι καὶ χαίρειν ἀλλήλοις. ἴσμεν. Quae quidem quis tandem fando accepit? Thessalos aliquos, opinor, nobis aut Sabellos fuisse Corinthios scholiastes propinavit. Ista vero commenta sunt inania. An forte Corinthiorum mulieres dicit, quas paullo post chori nomine videmus ad Medeae domum confluentes? Id aliquanto magis probabile, calamitosam enim quandam illae jactant esse Medeam, seque non esse in iis affirmant, qui istius doloribus gaudeant: neque tamen mihi, qui illud teneat, vera videatur sequi, nisi forte idem suscipiat probare, potuisse πολιτῶν poni pro πολιτῶν γυναιξί, aut censeat, qui misericordia aliquem hominem prosequatur, eundem ejus facta laudare. Medeae autem facta, quae aut ipsa commemorat, aut nutrix, interfectus

frater, (167. κτείνασα τὸν ἐμὸν κάσιν) trucidatus filiarum manu Pelias (9. κτανεῖν πείσασα Πελιάδας κόρας πατέρα) ejusmodi sunt, ut placere possint uni, Iasoni, quippe cujus aut saluti consulant aut irae serviant, praeterea, nisi quis caeco Medeae feratur amore, nemini. Quae ne sibi quidem placere nutrix affirmat, quomodo possent hominum alienorum delinire animos? Quid quod ne Medeae quidem placent; an quid est, quod v. 113. nefariam se matrem vocet? στυγερᾶς ματρὸς παῖδες: nefarie scilicet esse facta clamitat, quibus et mater et exsul facta sit; desertus pater, contemta patria, nefanda crudelitate interemtus Pelias. At audio, qui vociferent, non ista probata; alia fuisse, quae probarentur, amorem, quo complexa sit conjugem, et incredibilem fidelitatem, qua exsilium cum eo, inopiam, contumelias, extrema omnia voluerit ferre et perpeti. Illo quidem animo omnibus hominibus paratam esse salutem praesentem. Verumtamen, quem isti jactant, amorem, cum videmus ab ipsa Medea improbari v. 165. ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὧν ἀπενάσθην αἰσχρῶς τὸν ἐμὸν κτείνασα κάσιν; quod autem ad exsilium attinet, utrum Medea propter aliquod Iasonis facinus exsul est, an Iason contra Medeae? Iason si propter Medeam patriam fugit, quae tandem est illa incredibilis quaedam admiratio mulieris conjugem sequentis? — At Iasoni Medea morem gessit, ejus injurias persecuta est, ejus iram contra Peliam susceptam ulta caput defendit. 488. Quasi vero id agatur, quid Iasonis causa fecerit, Iasonisne libidinem expleverit, Iasonis animum placaverit, Iasoni placuerit; non illud, utrum hominum animos sibi ea re conciliare potuerit. Non potuit, nisi vero quis laudet mulierem quacunque ratione, dolo, fraude, mendacio, conjugis cupidini servientem. Excusare eam possumus ad ejusmodi facinus amore conjugis abreptam; delectari illa pietate, an servitio dicam potius? non possumus: quin tantum aberit, ut judicemus, in ejusmodi facto certissimam hominum salutem esse positam, ut eo probato contendamus nullum esse certum de hominum factis judicium, omnem perverti recte sentiendi rationem. Ut ad rem redeamus, civibus placere non potuerunt Medeae facta, nec Colchis, nec Iolcensibus, nec Corinthiis; non potuit illud ab Euripide scribi; non licet interpretando, quum scriptum non sit, talia poetae obtrudere. Iasoni placuit; praeter Iasonem non video cui potuerit placere. — Errasse igitur videbuntur, qui illud probaverunt, editores ad unum omnes? — Suppudet tantum mihi arrogare, pudet tot, tantisque viris contradicere, sed animum confirmat ratio, nec cedere sinit pudori; quare quamvis haesitanter respondendum est: videntur. Quid quod contradicit poeta, qui spretis, contemtis, neglectis civibus eam fecisse dicit, quae fecerit; neque enim ullo modo mihi videtur fieri posse, ut sejungantur et separentur φυγῇ πολιτῶν, ita sibi apposita, et omnium librorum auctoritate confirmata. Neque magis mihi persuadeam, non dico poetam nobilissimum, sed vel mediocrem aliquem scriptorem, quum dicere posset planissime et per sermonis numerorumque leges rectissime: ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ πολίταις, ὧν ἀφίκετο χθόνα, maluisse dicere: ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα; quum praesertim non esset, cur aut ob vehementius commotum dicentis animum mallet attractione aliqua quam dicunt uti, aut quomodo per numerorum legem posset complicandis verbis dicendi quendam venari sonitum, inanem illum quidem, sed auribus tamen gratum (ὧν πολιτῶν ἀφίκετο χθόνα). Non audiendi sunt igitur illi, neque qui nihil mutantes aliquo interpretandi artificio ex his vadis emergere

conati sunt (Klotzius et Schoenius), qui quum intellegerent, non posse cogitando ad primariam sententiam illud ipsum πολίταις addi, quod ei subtractum in secundariam relegatum esse vellent, statuerunt intelligendum esse: χθονὶ ἁνδάνουσα, ὧν πολιτῶν χθόνα ἀφίκετο. Ita demum, opinor, non absurdum foret repeti χθονί, si omnium diceret civium, in quorumcunque veniret terram (ἀφίκοιτο) animis gratam fuisse. Neque magis probandi sunt ii, qui scribere πολίταις conati sunt: Barnesius (ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ πολίταις, ὧν ἀφίκετο χθόνα)· Piersonius (ἁνδάνουσα μὲν φυγὰς πολίταις, ὧν ἀφίκετο χθόνα) Fr. Jacobs (ἁνδάνουσα μὲν φύσει πολίταις); aut qui immutato altero verbo circumscribere voluerunt civium animos; ex quibus Reiskius ἁνδάνουσα μὲν φυῇ πολιτῶν aut φύτλῃ, civium generi placens, scribendum censuit, Canterus φυλῇ πολιτῶν, Musgravius ὀργῇ πολιτῶν, qui quam tandem iram civium dicat, ignoro, an Sophoclis in morem dictum velit, Ant. 354 scribentis: ἀστυνόμους ὀργὰς ἐδιδάξατο? Wyttembachius denique φύσει πολιτῶν: qui crudelissimum profecto dixit genus hominum, quod tantam immanitatem interfecti per filias patris naturae suae consentaneam judicaret! Stabunt illa omnia, quae Matthiaeus docuit de attractionis finibus aliquanto latius proferendis, ita ut id struendi genus etiam ad eas sententias pertineret, ubi dativus positus esset ante pronomen illud relativum, quod attractionem efficeret; non dubium enim videtur, quin ad ea quae habemus verba nihil attractio valuerit, non potest enim πολιτῶν ab eo, cui subjectum est vocabulo φυγῇ disjungi. Tantum enim abest, ut civibus Medea placuisse dicatur, ut poeta auctor sit eam abalienato a civibus suis animo benevolentiam alicujus collegisse; id enim sibi vult illud φυγῇ πολιτῶν. In quibus verbis legendis quis est, cujus animum non continuo subeat Sophocleum illud ex Antig. 79: βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος? cf. 59. νόμου βίᾳ ψῆφον τυράννων καὶ κράτη παρέξιμεν. Quod quemadmodum est: βιαζομένη τοὺς πολίτας δρᾶν, ut victa civium sententia agere suum non esse Ismene affirmat, i. e. invitis civibus facere; ita Euripideum, de quo dicimus, est φεύγουσα τοὺς πολίτας, a civibus civiumque voluntatibus sua sejungens consilia. Ita Graeci dicunt φυγῇ κακοῦ, i. e. revocato a malefaciendo animo, φυγῇ τῆς δειλίας, rejecta omni ignaviae specie. — Plato Tim. 69, D. δεῖνα καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον, πρῶτον μὲν ἡδονήν, μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγάς, dolores, quibus a bonis abhorremus, Soph. Antig. 360. νόσων δ'ἀμηχάνων φυγὰς ξυμπέφρασται, morbos vehementissimos devitandi vias et rationes excogitavit. Multus est in eo genere Cicero, qui in oratione pr. Murena § 9 dicit: Sin autem fuga laboris desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit, nimirum haec est causa ejusmodi . . . Liv. III, 67. Hanc ignominiam si non alia honoris fuga fuisset, vel exsilio, vel morte vitassem. Quintil. I, 3, 16 qui pudor refringit animum atque abjicit atque ipsius lucis fugam et taedium dictät. Atque si quis est, qui dubitet de verbis φυγῇ πολιτῶν ita interpretandis, ut idem valeant quod φεύγουσα πολίτας; abjiciet dubitationem, si reputaverit oppositum esse illis verbis versum: αὐτή τε πάντα συμπαθοῦσ' Ἰάσονι; quod enim participio est oppositum, id, opinor, ipsum erit participii loco. Duabus igitur rebus Medea dicitur placuisse, et abalienato a civibus animo et omnium rerum calamitatumque cum Iasone juncta societate. Haec si egregie inter se

concinunt, ita ut a probando vix abstineas animum, circumspiciendum est, a quorum tandem civium studiis eam Euripides animo tradat fuisse abalienato. Sed ne circumspiciendum quidem, ipse enim poeta addidit: ὧν ἀφίκετο χθόνα. Non dicit igitur Colchos, Medeae cives, ex quorum terra aufugerat, non Corinthios, apud quos versabatur. Neglexisse videntur homines docti in illis verbis interpretandis, ἀφίκετο esse aoristum; Corinthios enim si dicebat, in quorum terra versatur, perfecto opus erat, ἀφῖκται. Neque vero omnes omnino cives, in quorum terram deferretur, significantur, ita enim optativo opus esset, ἀφίκοιτο; non omnes nutrix cives, sed certos quosdam dicit, ad quos certo quodam tempore delata sit, ἀφίκετο: soli igitur supersunt Iolcenses. Iolcum enim quum esset Medea delata, poterat liberalitate quadam civium capere animos eorumque servire voluntati; poterat Iasonis persequi injurias a Pelia Iolcensium rege illatas: hoc elegit, spreta, quam inire poterat, civium gratia, quorum animos non est quod a regis salute fingamus fuisse alienos. Neque vero illud est negligendum, scriptam esse ab Euripide Peliadas fabulam, quatuor, quidem et viginti annis ante Medeam editam, quam his verbis videri potest respexisse. Quid enim nos vetat statuere, quae a Stobaeo flor. III, p. 37. Schol. Pind. Pyth. II, 173 servata sunt verba ex Peliadis:

Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου,

chori esse Medeam a facinore deterrentis, aut, si sunt alicujus personae, chorum, id est cives Iolcenses, quos in ea fabula chorum egisse non inepte statuas, in eadem sententia fuisse. Consentiebat cum Pelia rege major pars populi; Pelias enim teste Apollodoro I, 9, 16 ejus populi erat rex, in quo Iason erat nobilitate conspicuus. Medea autem spreta civium gratia, Peliae filiabus suasit, ut patrem interficerent, spe quadam inani deceptis, fore ut per Medeam is integram juventutem reciperet, quo beneficio Aesonem, Iasonis patrem, videbant ornatum. Qua spe quum excidissent, quantis censemus miseras, nefandi facinoris sibi conscias, quantis earum cives Medeae caput exsecrationibus devovisse. Laetabatur procul dubio Iason; sed fugiendum erat, fugiendum vel cum magno periculo. Laetabunda autem Medea fugit, ejus enim, quem unice amabat, ulta erat injurias, inimicos perdiderat. Omnibus licet omnes eam agerent diris, uni placuerat, cui maxime volebat, Iasoni, ἁνδάνουσα μὲν — Ἰάσονι; non potest ullo modo dubium esse, quin ista conjungenda sint. At Ἰάσονι supra videbatur cum συμφέρουσα esse jungendum. Videbatur, sed nihil est, opinor, quod vetet hunc dativum cum utroque conjungere: est enim ἀπὸ κοινοῦ dictus, quod vel tum videtur fieri posse, ut ad duo verba idem referatur substantivum, quum diversos illa sibi casus addi postulant. Exemplo est versus 46. ubi omnibus interpretibus videtur poetae licuisse ita scribere: ἀλλ᾽ οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι στείχουσι, ut sit ἐκ τρόχων στείχουσι παῖδες τρόχων πεπαυμένοι, quasi vero bis scriptum esset τρόχων, et v. 145 θανάτῳ καταλυσαίμαν βιοτὸν στυγερὰν προλιποῦσα, quem versum interpretans Schoenius, βιοτὰν, inquit, objectum est et ad καταλυσαίμην et ad προλιποῦσα. Adde quod v. 135. dixit: ἐπ᾽ ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου γόον ἔκλυον, ubi idem Schoenius, quum per sensum, inquit, non, possis ἐπί et ἔσω, utpote quae opposita significent, uno cogitandi complexu conjungere, neque magis per verborum ordinem ita liceat sejungere ἔσω, ut ad γόον id accommodes, res erit cum

scholiasta explicanda: ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου οὖσα, τουτέστιν ἐπὶ τοῦ πυλῶνος, ἤκουσα φώνης (τῆς) ἔσω μελάθρου. Magnam tamen mihi, inquit, dubitationem ἀμφίπυλον illud movet substantive positum. — Et recte quidem dubitare judicandus esset, si quidem esset ἀμφίπυλον substantive positum, sed non est reprehendendus poeta, qui μελάθρου voluerit bis cogitari, ἐπ᾽ ἀμφιπύλου μελάθρου οὖσα ἔσω μελάθρου γόον ἔκλυον. — Quodsi iis, quos attulimus, locis licet iterare vocem paullo insigniore loco positam, quid est, quod hoc, quem tractamus loco, vetet conjungere: ἁνδάνουσα (Ἰάσονι) φυγῇ τε πολιτῶν αὐτή τε πάντα συμφέρουσα Ἰάσονι? Scribi debebat posteriore loco αὐτῷ, si priore scriptum esset Ἰάσονι: quum non sit scriptum, recte se habebunt omnia. Neque vero negligendum est illud αὐτή; notissimum est enim, αὐτός nominativo casu additum significare ultro, sua sponte. Ultro igitur, et commodissime quidem, Medea dicetur exsilii omniumque malorum particeps esse facta, ultro odia subiisse eorum, quibus Iason succensuerit. Ita mihi videtur in his versibus, qui dubitationes plurimas commoverunt, nihil esse anceps relictum:

ἁνδάνουσα μὲν
φυγῇ πολιτῶν, ὧν ἀφίκετο χθόνα,
αὐτή τε πάντα συμπαθοῦσ᾽ Ἰάσονι.

Quibus dictis nutrix in locum communem abit: id conjugi gratissimum fuisse, ea enim in re summam esse salutem positam, si nulla in re uxor a mariti commodis rationes suas abalienare velit. Verissime Euripides dixit in concordia conjugum domus et conjugii salutem esse positam: quis affirmabit rei publicae salutem summam (μεγίστη σωτηρία) in eo esse positam, ut concordia conjungantur matrimonia? Ejus autem poeta salutem in ea re versari dicit, cui placuerit Medeae animus. De Iasonis tum capite agebatur, Iasonis res aliquamdiu in Medeae auxilio positae erant omnes; merito ei uxoris placuit fides. Utriusque in ea posita erat salus. Egregie in his quinque versibus nexa sunt et conjuncta omnia. Placuit Medea, placuit Iasoni, placuit duabus rebus, et civium consortia fugiendo et patienter omnia ferendo; his ipsis illa rebus utriusque defendit salutem.

Effugimus scopulos, in quibus antiquitus homines haeserunt et expedivimus, nisi forte ipsi nobis nimis placemus, eorum dubitationes, et tamen superest in qua ipse haeream difficultas, et ea quidem duplex. Tetigimus in iis, quae nos dubitare initio diximus, utramque. Atque altera quidem posita est in particula μέν ad participium ἁνδάνουσα addita, cui non satis luculenter respondet apodosis; neque enim eo δέ illud, quod est post νῦν additum, potest referri. Apparet nescessarium fuisse, ut illud oppositum et ipsum participii formam prae se ferret. Quae sententia illi ἁνδάνουσα μὲν fuerit opponenda, non latet: ἑαυτὴν δὲ καὶ τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα σώζουσα, quae quidem mutata forma subsequuntur: ἥτις μεγίστη γίγνεται σωτηρία — διχοστατῇ. Habebimus igitur quod dicunt anacoluthon. Animus enim commotus et formae aspernatur aequabilitatem et firmiorem sententiarum nexum.

Difficilius, opinor, alterum expedietur, cui vocabulo opositum sit νῦν illud, νῦν δ᾽ ἐχθρὰ πάντα, neque enim habet, quo referatur, aut τότε aliquod, aut πάλαι, et videtur tamen alterutrum necessarium esse. Ego quidem, ex quo primum legere coepi hanc fabulam, in illo νῦν offendi: aegre enim mihi

persuadebam tam praefracta poetam sententiarum oppositione usum esse, praesertim quum reliqua omnia, quod supra disputavimus, mirifice sint levia et expolita. Non potest tamen per metri rationes scribi τέϑ᾽ ἁνδάνουσα μὲν; versus enim jambicus ea caesura dividi non vult, sed alius est locus, qui mihi vel postulare sibi videtur illud, quod desideramus, τότε. Erat enim ei voculae aut in ea sententia locus, unde pendet illud ἁνδάνουσα κατῴκει aut ad illud addenda erat, quod prius inde pendet participium πείσασα. In ea autem sententia tautologiam mihi videor deprehendisse molestissimam, Πελίαδας dico κόρας; nihil enim attinebat monere Peliades esse puellas; quippe quae ipso nomine id praeferrent. Quid multa? scribendum videtur, cujus quidem rei in libris manuscriptis vestigia non exstant:

κτανεῖν πείσασα Πελίαδάς ποτε
πατέρα, κατῴκει τήνδε γῆν Κορινϑίαν
ξύν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισι, ἁνδάνουσα μὲν
. . . . Ἰάσονι,
. . . .
νῦν δ᾽ἐχϑρὰ πάντα καὶ νοσεῖ τὰ φίλτατα.

Illo loco positum sive πάλαι sive τότε ad totam sententiam vim suam extendit et ad κατῴκει et ad ἁνδάνουσα, facitque ad deducendos legentium animos ad eos, quos dicat, cives, ex quo vocabulo parum recte interpretando omnis fluxit ad reliqua error. Ποτέ autem quam facile potuerit post Πελίαδας obliterari, lacuna deinde addito κόρας expleri, non est, quod moneam. Ita omnia habent, quo referantur: νῦν enim spectat ad illud ποτέ. Deplorat nutrix, quae olim conjunctissima fuerint immutata esse et iniquissima, deplorando conjuges laborare dissidio, nam ἐχϑρὰ πάντα dicuntur, quod uterque utrique est inimicissimus, Iason Medeae, quae impedimento est, ne regia affinitate jungatur, Medea Iasoni, qui ipsam repudiet, quare in amoris locum aegritudo successit, νοσεῖ τὰ φίλτατα, quod ante omnia in ipso fabulae initio erat exponendum. Ita his demum finitur et absolvitur omnis, quam supra proposuimus periodus.

A. Schulchronik.

Die Vacanz der dritten ordentlichen Lehrerstelle, mit der wir das vorige Jahr schlossen, ward zum Segen der Schule schleunigst ausgefüllt, indem noch während der Osterferien Herr Dr. Grühn in dieselbe aufrückte, und wenige Wochen später ward auch die dadurch entstandene neue Lücke ausgefüllt, so daß der Unterzeichnete bereits am 15ten Mai den bisherigen Hülfslehrer, Herr Candidat Karl Peter Friedrich Waldemar Meyer aus Cassеedorf bei Eutin als vierten ordentlichen Lehrer beeidigen konnte. Geboren zu Casseedorf am 25sten April 1845, Sohn des großherzoglich oldenburgischen Oberförsters Meyer daselbst, erhielt er den ersten Unterricht auf der Schule des Dorfes, sodann auf dem Gymnasium zu Eutin, von wo er Ostern 1864 auf die Universität nach Tübingen gieng um Theologie und Philosophie zu studiren. Nach einem Studium von 9 Semestern in Tübingen, Jena, Kiel, Berlin, Kiel und absolvierten Tentamen erhielt er im theol. Staatsexamen Michaelis 1868 den zweiten Character mit rühmlicher Auszeichnung und ward am 14ten März 1870 von der phil. Facultät zum Dr. phil. promoviert.

In dieser Zusammensetzung hat das Lehrercollegium denn dies Jahr lang gewirkt, nur daß uns im Winter Herr Dr. Grühn fehlte, der die Erlaubnis zum Besuch der Königlichen Centralturnanstalt in Berlin erbeten und mit anerkennenswerther öffentlicher Unterstützung erhalten hatte Seine Stunden übernahm für den Winter Herr Dr. von Fischer-Benzon und unterzog sich der für ihn neuen Aufgabe des Unterrichtes größerer Klassen mit eben so viel Gewandtheit und Tüchtigkeit als Treue. Es bringt ihm daher die Schule hiemit für den Eifer, mit dem er sich ihrem Interesse gewidmet hat, den wohlverdienten Dank dar.

Kurz vor Michaelis, am 31sten August, hatten wir die Freude den Herrn Schulrath Sommerbrodt zu einer kurzen Inspection in unserer Mitte erscheinen zu sehen. Er gab unter anderem den Anstoß dazu, daß der Unterricht jeder Woche am Montage durch gemeinschaftliches Gebet eingeleitet werde. Da keins der Classenlocale ohne Entfernung der Tische und Bänke die sämmtlichen Schüler zu fassen vermag, so traten die drei oberen in der Quarta, die drei unteren gleichzeitig in der Sexta zusammen und der Director wechselte

mit den beiden Religionslehrern im Sprechen des Gebetes. Die Einleitung desselben durch Gesang mußte vor der Hand unterbleiben, weil sich ohne ein Instrument ein solcher nicht leiten ließ, doch hat bereits das Königliche Provinzial-Schul-Collegium auch diesem Mangel abgeholfen und zur Anschaffung eines solchen die nöthigen Mittel gewährt, wofür die Schule nicht ermangelt Hochdemselben den gebührenden Dank darzubringen.

Am 23sten Januar des gegenwärtigen Jahres begnadigte Se. Majestät den Unterzeichneten mit der Decoration des rothen Adlerordens vierter Classe.

Leider hat das letzte Vierteljahr durch Erkrankung und Behinderung von Lehrern viel traurige Unterbrechungen des Unterrichts und Lücken aufzuweisen. Herr Dr. Boysen, in den Weihnachtsferien erkrankt, erschien doch nach wenig Tagen in unserer Mitte, aber Herr Dr. thor Straten lag sechs Wochen an einem hartnäckigen rheumatischen Leiden darnieder, Herr Dr. von Fischer-Benzon ward von einem schlimmen Halsübel befallen und Herr Bünz, wenn auch nur auf zwei Tage, als Geschworner nach Itzehoe berufen; auch der Unterzeichnete blieb von Unwohlsein nicht verschont. Wenn auch die Herren Collegen noch so freundlich die Hand boten,, die Lücken auszufüllen, wofür der Unterzeichnete ihnen hiemit den wohlverdienten Dank der Anstalt darbringt, so ließ sich doch nur ein kleiner Theil der ausfallenden Stunden ausfüllen.

In diesem Augenblick rüsten wir uns den Geburtstag Se. Majestät feierlich zu begehen; Herr Dr. Meyer hat es übernommen die Festrede in der Aula zu halten und Herr Katterfeldt übt mit dem Schülerchor Lieder für Einleitung und Schluß ein.

Wie wesentliche Veränderungen aber dieses Jahr den inneren Verhältnissen der Schule gebracht hat, lehrt ein Blick auf die umstehenden Verordnungen, von denen manche tief einschneiden. Schon vorige Ostern erfuhr der Lectionsplan sehr wesentliche Veränderungen, indem er dem der altpreußischen Provinzen angenähert wurde, wodurch namentlich in den unteren Klassen vieles anders gestaltet ward, der Religionsunterricht eine Beschränkung erfuhr, die Geschichte einem erweiterten geographischen Unterricht Raum machen mußte, das Lateinische und Deutsche in eine und dieselbe Hand gelegt ward, damit es sich gegenseitig unterstütze. Dem Französischen ward in Quinta eine Stunde zugelegt; die Geschichte aber beginnt nun in Quarta mit 3 Stunden. In den oberen Klassen ward jedoch den Naturwissenschaften und dem Englischen ihr Platz gewahrt, wenn auch das letztere facultativ wurde; doch haben sehr wenige Schüler diese Dispensation gesucht.

Nicht minder tief aber wird der Erlaß vom 28sten Juni einschneiden, nach welchem aus Sexta und Quinta nur einmal jährlich, um Ostern, wird versetzt werden. Dadurch wird nicht gerade ein Eintritt in die Sexta zu einer andern Zeit, wenn die Verhältnisse es wünschenswerth machen, abgeschnitten sein, aber es wird von einem solchen Schüler nicht bloß gefordert werden müssen, daß er im allgemeinen für Sexta reif sei, sondern auch, daß er sich das Pensum der verflossenen Monate angeeignet habe, damit nicht für den Lehrer die Nothwendigkeit entstehe sich mit ihm speciell zu beschäftigen und er dadurch für die fortgeschritteneren Mitschüler ein Hindernis des regelmäßigen Fortschrittes werde, denn dadurch könnte deren Versetzung am nächsten Ostern verhindert und sie so genöthigt werden noch ein ganzes Jahr in Sexta zu bleiben; denn natürlicherweise nimmt der noch ganz unkundige Schüler vor allen die persönliche Thätigkeit des Lehrers in Anspruch. Nicht minder bedeutend für uns ist eine andere Bestimmung dieser Verfügung, daß nach dem vollendeten 12ten

Jahre kein Schüler in Sexta, nach dem 13ten in Quinta eintreten dürfe. Wie oft entschließt sich der Landmann erst kurz vor der Confirmation des Sohnes für ihn eine höhere Bildung zu suchen, als ihn die Dorfschule gewähren kann, und die Meldorfer Schule hat auf manchen wackeren Landmann zu blicken, der die Bildungskeime, die ein solcher später Besuch in seine junge Seele niedergelegt, wacker hat zu entwickeln gewußt.

